

f. 9.

Nomina pontificum succincte edita qui ab ipso principe apostolorum sancte Romane ecclesie, prefuere usque ad miserum Benedictum exilio religatum in Oceani litore.

1. Beatus Petrus princeps apostolorum sedit ann. 25 mens. 2 d. 8. Hic cum Paulo martyrio coronatus est, anno tricesimo 8. post passionem Domini.

2. Linus sedit a. 15 m. 3 d. 12. Hic ex precepto beati Petri constituit ut mulier in ecclesiam velato capite intraret.

3. Cletus sedit a. 12 m. 1 d. 11. Hic 15 presbiteros ordinavit in urbe Roma ex precepto beati Petri.

4. Clemens sedit a. 9 m. 2 d. 10. Hic divisit 7 regiones notariis qui studiose gesta martirum perquirerent.

5. Anaclethus sedit a. 12 m. 10 d. 7. Hic memoriam beati Petri construxit & posuit.

6. Evaristus sedit a. 13 m. 7 d. 2. Hic divisit presbiteris titulos in urbe Roma & diaconos, 7 ordinavit.

7. Alexander sedit a. 10 m. 7 d. 2. Hic constituit passionem Domini in sacrificiis commemorandam & aquam sale conspersam populis benedicendam.

8. Xistus sedit a. 10 m. 3 d. 21. Hic constituit ut sacra vasa non tangerentur ab aliis nisi a sacerdotibus & ut decantaretur sanctus sanctus sanctus in missarum sollempniis.

9. Thelesphorus sedit a. 11 m. 3 d. 22. Hic constituit ut 7 epdomadas ante sanctum pascha clerici a carne ieiunarent & ut misse in nocte sancta nativitatis Domini celebrarentur & in eis angelicus hymnus decantaretur.

10. Yginus sedit a. 14 m. 3 d. 8. Hic clericorum constituit gradus.

11. Anicetus sedit a. 14 m. 3 d. 8. Hic constituit ut clericus comam non nutiret secundum preceptum apostoli.

12. Pius sedit a. 11 m. 3 d. 21. Huius tempore preceptum est Hermeti ab angelo ut pascha die dominico celebraretur.

13. Soter sedit a. 14 m. 3 d. 21. Hic constituit ut nullus monachus vel sacra deo femina sacra vasa contingeret aut incensum altari deferret.

not f

numeri ordinarii rubro colore c.

sect c. non finem post ann. m. ad d.

sect c.

non finem post sect.

f. 10.